

Alien Priory of Sidmouth, in Devonshire.

THIS was also a Cell to St. Michael in Periculo Maris, to which the manor of Sidmouth was given by King William the Conqueror. It was sometimes reckoned as part of Otterton Priory, and with that, after the Dissolution of

these foreign Houses, was given to Sion Abbey. Tanner says, "*Vide Computos ballivorum, &c. in Officio nuper Curie Augmentationis sub titulo Syon Monasterium.*"

Alien Priory of Cresswell, in Herefordshire.

TANNER calls this Priory Cresswell, Garswell, Careswell, or Kessewell. He says, "On the borders of Brecknockshire, among the Mountains in Ewyas-land, was a Monastery for a Prior and ten Religious, of the Order of Grandmount, in Normandy, settled here about the latter end of the reign of King John, or the beginning of King Henry

III., probably by Walter de Lacy. It was dedicated to the blessed Virgin Mary, seized among the Alien Priories, and, being of the yearly value of forty shillings, was granted, 2 Edw. IVth, to God's House College, now Christ's College, in Cambridge." ^a Dugdale has preserved three Charters granted to this Priory.

Prioratus de Cressewelle, in agro Hertfordensi.

NUM. I.

Carta Walteri de Lascy.

[Ex Archivis Grandimontensis Cœnobii in Galliâ.]

SCIANT omnes præsentis et futuri, quod ego Walterus de Lascy dedi et concessi et hac meâ præsentis chartâ confirmavi Deo et domui beatæ Mariæ de Crassewelle, et priori ordinis Grandimontensis, et decem fratribus capellanis ibidem perpetuò residentibus et Deo servientibus, et tribus fratribus clericis, pro salute animæ meæ et uxoris meæ Margaretæ, et pro animâ Gilberti de Lascy filii mei, et antecessorum, et successorum meorum, ducentas et quatuor acras terræ in bosco meo de Hamâ, cum omnibus pertinentiis suis, sicut eisdem pleniùs et meliùs divisæ sunt et perambulata per visum legalium virorum; videlicet, totam terram quæ extenditur in longitudine de Ferneleg usque le Ebroe, per viam quæ dicitur Rugeweye; et in latitudine de Rugeweye usque Hathinehale, ex unâ parte terræ Petri Undergod; et de terrâ monialium de Acornebir usque ad terram domini Willielmi filii Warini, sicut via magna dictas terras dividit; et totam terram quæ jacet inter terram dicti Willielmi filii Warini in longitudine et Lidhate versùs Boleston; et in latitudine de viâ quæ ducit versùs Acornebir. usque domum Joannis Strech; tenendam et habendam totam terram dictam, cum omnibus pertinentiis suis dictæ domui de Crassewelle de me et hæredibus meis, in puram et perpetuam elemosynam, liberè et quietè, plenariè et integrè, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in capell., &c. molendinis, et in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus dictæ terræ pertinentibus, absque omnibus sæcularibus exactionibus et demandis mihi et hæredibus meis pertinentibus. Et ego Walterus de Lascy et hæredes mei dictas ducentas et quatuor acras terræ cum omnibus pertinentiis suis dictæ domui de Crassewelle, et fratribus ibidem Deo servientibus warrantizabimus et defendemus contra omnes homines et fæminas. Et ut hæc mea concessio et donatio rata, stabilis, et inconcussa permaneat, id præsentis scripto sigilli mei munimine roborato duxi confirmare. His testibus, domino Simone de Clifford; domino Waltero de Baskervill; Simone de Tillehott; Philippo de Colevill; Willielmo Tregoz; Waltero Couderk; Henrico de Bradelleg clerico; Wrennon de Hamâ, David clerico, et multis aliis.

NUM. II.

Confirmationis Carta regia.

[Pat. 1 Edw. III. par. 3, m. 6.]

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Inspeximus cartam quam dominus H. quondam rex Angliæ, proavus noster, fecit in hæc verba. Henricus Dei gratiâ rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normanniæ et Aquitanniæ, comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, et pro salute animæ nostræ, et ani-

marum antecessorum et hæredum nostrorum concessisse, et hac cartâ nostrâ confirmâsse Deo et beatæ Mariæ, et fratribus ordinis Grandis Montis de Cressewelle, omnes donationes et concessionis eisdem fratribus à Waltero de Lascy factas, videlicet, ducentas et quatuor acras terræ in bosco suo de Hamma, cum omnibus pertinentiis suis, et sexcentas acras cum boscis earundem, et pasturam ad propria animalia sua quot habere poterunt in Novâ Forestâ ipsius Walteri, et ex aliâ parte aquæ versùs partes de Gripesgath, per boscum et per montes, et per valles usque ad fines de Talgard, et pastori suo communem pasturam cum suis pecoribus, ad decem animalia, et communem pasturam per totas forestas suas de Ewyas, ad proprium equitium eorum, cum equitio ipsius Walteri, et usuagium in prædictis locis et forestis, ad ædificandum domos suas, et ad omnia domui necessaria, et nonam garbam frumenti, mestilonis, siliginis, et omnis generis bladi præterquam avenæ, per omnia maneria sua in Angliâ et Walliâ, videlicet, in comitatu Hereford, de Wybbel, Malmeshull, Jarthull, et Hamme, et in comitatu Salopiensi, de Stanton, Ludelawe, et Akes, et in comitatu Wilts. nonam garbam omnis generis bladi de manerio suo de Bretford, et decimas omnium coriorum averiorum quæ per annum necantur ad larderium suum castello de Ewyas, et decimas dominicorum molendinorum suorum de Keneles in Hibernia, scilicet in Midia, et pro decimo denario redditus sui de Ewyas, nonam garbam omnis generis bladi de omnibus dominicis suis de Ewyas, de villâ Walteri de Rubeo Castello, et de Novâ Villâ, et unum hominem in Ewyas, scilicet, Ricardum filium Athæ, unum hominem in Webbel, scilicet, Willielmus Pincun, et unum hominem in Ludelawe, scilicet Stephanum Saponarium, cum terris et tenementis eorum quæ possidebant die quo idem Walterus dictos homines dictis fratribus dedit, cum hæredibus suis, et cum omni sequelâ eorum. Et nonam garbam totius dominici sui, per omnia maneria sua in Hibernia, de frumento, avenâ, siligine, ordeo, pisis, fabis, et de omni genere bladorum, et unum burgagium cum prædictâ nonâ garbâ, et cum omnibus pertinentiis suis, in quolibet burgo suo in Hibernia, et unum messuagium in quolibet manerio suo in Hibernia. Datum per manum venerabilis patris R. Cycestrensis episcopi, cancellarii nostri, apud castrum Matildis in Elveyne, xxi. die Augusti anno regni nostri quinto decimo.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam quam idem proavus noster fecit in hæc verba. Henricus Dei gratiâ rex Angliæ, dominus Hiberniæ, &c. Volumus et firmiter præcipimus, quod fratres Grandis Montis, et homines sui, sint quieti de tallagio, pontagio, theoloneo, passagio, vinagio, fossagio, exercitu, misericordiâ, et omni consuetudine, et de omnibus rebus et occasionibus ad nos pertinentibus. Et prohibemus ne aliquis ipsos fratres vel homines suos super hoc vexet vel disturbet. Et si aliquis eos super hoc vexaverit, in misericordiâ nostrâ sit de decem libris sterlingorum. His testibus, Ricardo fratre nostro comite Cornubiæ et Pictaviæ, Petro de Sebaud, Simone de Monteforti comite

^a Tanner has but three References to Records concerning this House, "*Vide Cartam Gilberti de Lacy donantis unam carucatam terræ*

in Euoyas Lacy, MS. Macro, 12. ii. 23, a. Cart. 15 Hen. III. m. 3. Pat. 2 Edw. IV. p. 2, m. 16."